



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Agricolæ Oratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## AGRICOLAE ORATIO.

*Oratio  
militaris.*

*Oratio disertata est imprimis, eliminata,  
acuta, pulchra temperie or-  
namentorum.*

*Ex Tacito.* O Ctraus annus est, Commilitones, ex quo virtute, & auspicijs Imperij Romani fide, atque opera vestra Britanniam vicistis, tot expeditionibus, tot praelijs, seu fortitudine aduersus hostes, seu patientia, ac labore penè aduersus ipsam rerum naturam opus fuit: neque me militum, neque vos ducis pœnituit. Ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniæ non fama, nec rumore, sed castris, & armis tenemus. Inuenta Britannia, & subacta. Equi lem in agmine, quum vos paludes, montes, & flumina fatigarent, fortissimi cuiusque vocem audiebam. Quando dabitur hostis? quando acies? Veniant è latebris suis extrusi, & vota, virtusque in aperto, omniaque prona victoribus, atque eadem victis aduersa. Nam ut superasse tantum itineris, sylvas euasisse, transisse æstuaria, pulchrum, ac decorum in frontem, ita fugientibus periculossima quæ hodie prosperissima sunt. Neque enim nobis, aut locorum eadem notitia est, aut commeatuum eadem abundantia: sed manus, & arma, & in his omnia. Quod ad me attinet, iam pridem mihi decretum est, neque exercitus, neque ducis terga tuta esse. Proinde, & honesta mors turpi vita potior, & incolumitas, ac decus eodem loco sita sunt. Nec inglorium fuerit, in ipso terrarum, ac natura sine cecidisse. Si nouæ gentes, atque ignota acies constitisset, aliorum exercituum exemplis vos hortarer: nunc vestra decora recensere, vestros oculos interrogare, ij sunt quos proximo anno nam legionem furto noctis aggressos, clamore debellastis, ij cæterorum Britannorum fugacissimi, ideoque tandiu superstites. Quomodo sylvas, saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal robore, pauida & inerta ipso agminis sono pelluntur: sic acerissimi Britannorum iam pridem ceciderunt, reliquus numerus est ignauorum, & metuentium. Quos, quod tandem inuenistis, non recesserunt, sed deprehensi sunt nouissimi,

ex extremo metu corpora defixere in his vestigijs, in quibus pulchram, & spectabilem victoriam edecistis. Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnam diem. Approbate reipub. nunquam exercitui imputari potuisse, aut moras belli, aut causas rebellandi.

## OECONOMIA

*orationis.*

*I. Exordium à delinitione militum, & pristina virtutis recordatione, quod est in istis efficax. Quippe iucundissimum acroma militum laui ab Imperatore profecta.*

*Laui  
Acroma  
iucundum  
militum.*

*II. Artificiofa, & elegans oratio: qua se propositioni insinuat. Frigit enim leui, morata oratione militum vota, & conficta desideria, ut eos voti sui compotes factos esse pronuntiet.*

*III. Leniter tandem propositio irrepit, pugnam esse quod cogit necessitas, & suadet gloria. Siquidem decorum est in ipso terrarum, ac natura sine cecidisse.*

*Fortitudo  
bellica.*

*IV. Addit locum facilitas à persona hostium, qui contemptissimi remanserunt. Numerus magis quam viri. Sic ab eis, & admodum æpocata. Homines nullius prety dicuntur ab Aristophane in nubibus.*

*Ignavi milites  
quibus  
nominibus  
appellatur.*

DARII ORATIO  
ad Milites.

*Ex quinto Curtio lib. 3.*

*Hæc inter adhortationes militares  
grauissima est.*

Terrarum, inquit, quas Oceanus hinc alluit, illinc claudit Helespontus, paulo ante domini, iam non de gloria, sed de salute, & (quod saluti præponitis) de libertate pugnandum est: hic dies imperium, quo nullum amplius vidit ætas, aut constituet, aut finiet. Apud Granicum minima vitium parte cum hoste certauimus. In Sicilia victos Syria poterat excipere. Magna munimenta regni, Tigris, atque Euphrates erant. Ventum est eò, vnde pulsus ne fugæ quidem locus est. Omnia tam diuturno bello exhausta post tergum sunt. Non incolæ suos vrbes, non cultores habent terræ. Coniuges quo-